Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



227

filiam Genevperch, et alia. Quo insigni testimonio Pernoldi, qui fuit fidelis testis, et devotus Reginæ (Margaritæ) capellanus, refellunturBalbinus et omnes ii, qui Margaritam vere professam, et legitime repudiatam fecisse. Vid. Kanthaler Fast. Campill. ad an. 1261. Leobiensis quoque ad an. 1261 improbat hoc repudium: Isto anno Otakerus Margaretham Reginam, quia sterilis fuerat, repudiat minus juste, et in Cremsa locat: aliam, scilicet filiam Rutenorum et Mazovie Principis, quæ fuit filia filiæ Bela regis, superducens, quam Praga coronat. V. Hornecku c. 771 et Hagenus Chron. Austr. Rem omnino contrarium Margarite repudio fuisse testantur.

30) Apud Ant. Steyererum collect. Mss. t. IV, instrumentum, quo Adelheita Vidua Meinhardi vendit Patriarcha Gregorio pretio CCC librarum Parmensium, Belgradum, Lucenicum, et Buditium; Actum in Castro Formiano anno 1261 indictione IV. XV Augusti.

31) Diploma exhibet Burglehner t. I, l. 16, c. 3; Acta sunt hæc Sabionæ A. D. 1261. Indictione tertia, octavo Idus Februarii.

32) Instrumentum apud Meichelbeckium Chron. Benedictob. n. 110: Cum homo de muliere natus modico vivat tempore, nec aliquis mortalis debeat sperare in tempore sue juventutis et prosperitatis, et cum mors nulli hominum parcere consueverit. Inde est, quod nos Hainricus Dei gratia Comes de Eschenloch, et uxor nostra Agnetis, nec non filius noster Hainricus, et uxor ejusdem Lingartis, curiam nostram in Hardere situatam, cum omnibus attinentiis, donamus pro remedio animarum nostrarum et parentum nostrorum, et omnium fidelium defunctorum, in communem utilitatem fratrum et sororum in cœnobio Puren commorantium ---- Acta sunt hæc anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo die Innocentium in cœnobio Puren. De familia Comitum de Eschenloch et Ettertenberg agemus infra ad c. XIV et XVII segq.

33) Extat apud Henriquem Privil. Ord. Cist. Datum Lateranii Nonis Martii, Pontificatus nostri anno septimo. Est confirmatio seu renovatio privilegii Innocentii IV allegati ad c. XI Add. 8; et ejusdem Alexandri IV citati Add. 86.

34) Ughellus Ital. sac. t. I. Joanni in titulo Cardinali S. Laurentii in Lucina subrogatus est Guido III Archiprœsul Cisterciensis; ut infra Add. 41 advertam.

35) Sartorius Cister. lat. tit. 9. Henriques Menol. Cister. ex Codice ms. Anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, quidam D. Laurentius Religiosus, pius et devotus, devotissime orationi insistens, tempore quo alii fratres requiescebant, decadem Rosarii ab Angelo suo Custode sibi oblatum accepit. Obiit paucis mensibus postea in Dunis etc.

36) Constat hoc ex ejusdem Urbani IV literis ad Otocarum Regem Bohemiæ, qui hanc Germanorum Principum intentionem, ex odio forsitan in Bojaria Ducis, ad Pontificem detulerat, datis Viterbii III non. Junii anno I. item ex ejusdem Papæ literis

p. Gertrudim (Friderici Margaritæ ex fratre Nepotem, Hermanni Badensis viduam, Friderici matrem) ex Stina in opidum, quod dicitur Tirnstritz, cum dedecore relegavit, quæ postmodum in Misniam ad Constantiam migravit. Gertrudis filiolum Fridericum, qui hoc anno 14tum ætatis ingressus est, apud Contradinum in Suevia (vel Bavaria) Ducum Bavariæ favore plene educatum fuisse, consol. prolaudatus Kanthaler, indeque animi conjunctionem utrorumque Principum natam existimat.

/ Presbyteratu

/ ad XXVIII Sept.